Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ezechiel

nominatos ascensores equorum
et uehement sup te instruet curru
et rota & tota multitudo populorum
lorica & clipeo et galea armabun
tur contra te undique. Et dabo coram
eis iudicium & iudicabunt te iudi
tis suis. Et ponam zelum meum
in te quem exercent tecum in furore
stalum tuum & aures tuas pren
dent & que remanserint gladio cō
cident. Ipsi filios tuos & filias tuas
rapient & nomissimum tuum deuo
rabunt ignis. Et denudabunt te
uestimentis tuis & tollent uasa
gloriae tuae & requiescere faciam ste
lus tuum de te. et fornicationem tu
am de terra egypti. Nec leuabis
oculos tuos ad eos & egypti non re
cordaberis amplius. quia hec dicit
dominus deus. Ecce ego reddam
te in manus eorum quos odisti.
et in manus de quibus sanata est
anima tua & agent tecum in odio
& tollent omnes labores tuos. et
dimittent te nudam & ignominia
plenam. & revelabitur ignominia
fornicationum tuarum. Scelus
tuum & fornicationes tuae fecerunt
hec tibi. quia fornicata es post gen
tes inter quas polluta es in ydo
lis earum. In via sororis tuae am
bulasti. & dabo calicem eius in ma
nu tua. Hec dicit dominus deus
Calicem sororis tuae bibes latum
et profundum & eris in derisum
& subsannationem que es capacissi
ma ebrietate & dolore repleberis
et calicem mororis & tristitie. calice

sororis tuae samarie bibes & pota
bis illum usque ad feces & fragmen
ta eius deuorabis & ubera tua la
cerabis. quia ego locutus sum ait
dominus deus. Propterea hec dicit
dominus deus. quia oblita es mei
& proiecisti me post tergum tuum
tu quoque porta scelus tuum & forni
cationes tuas. Et ait dominus ad
me dicens. fili hominis numquid iudi
cas oollam & oolibam & annunciaes
eis scelera earum quia adulterae
sunt & sanguis in manibus earum
& cum ydolis suis fornicate sunt in
sup & filios suos quos genuerant
mihi obtulerunt eis ad deuoran
dum. Sed & hoc fecerunt mihi.
Polluerunt sanctuarium meum
in die illa & sabbata mea prophana
uerunt. Cumque immolarent filios
suos ydolis suis & introiberent sanc
tuarium meum in die illa & sabbata
mea ut polluerent illud & hoc fece
runt in medio domus mee. Misi
runt ad uiros uenientes de longe
ad quos nuncium miserant. Itaque
ecce uenerunt quibus te lauisti &
circumlinisti stibio oculos tuos et
ornata es mundo muliebri. Sedisti
in lecto pulcherrimo & mensa odi
nata est ante te. tymiama meum
& unguentum meum posuisti super
eam & uox multitudinis exultan
tis in ea erat. et in uiris quidem
de multitudine hominum adducebantur & uenebant de deserto.
& posuerunt armillas in manibus
earum & coronas speciosas in capi

ozechiae